





15.

4

CONTINUATIO PRIMA,  
DISQUISITIONIS HISTORICO-IVRIDICAE,  
AN ET QVATENVS IVSTVM CONSVLTVMQVE SIT,  
**TEMPORI INSERVIRE,**

1779, 1.

A POSTERIORI VENTILATAE,  
ADDVCTIS NVNC IVRIVM ET PRINCIPIORVM MVTATIONIBVS,  
EX LAPSV TEMPORIS,

CIRCA

**DIES FESTOS,**

ET QVAE IN IIS FIERI SOLENT, ELEEMOSYNARVM  
COLLECTIONES, ORTIS,

1656

QVA  
DEBITAM,

ERGA


**RESVRRECTIONEM CHRISTI,**

SERVATORIS NOSTRI, PIETATEM,

COMMENDAT,

ACADEMIAE NVNC RECTOR,  
**WALTER VINCENT WIESE,**

I. V. D. ET P. P. O.




**ROSTOCHII,**  
LITTERIS ADLERIANIS.



CONFIRMATIO  
DIPLOMATI  
ANNO DOMINI  
MDCCLXXII

RECTORI  
WALLENBERGII  
MDCCLXXII



POSTORI  
LITTERIS ADLIIAMIS







Quaenam diversae ex lapsu temporis ortae sunt leges consuetudinesque, in programmate iam observavi, anno MDCCLXV. de quaestione, *an et quatenus iustum consultumque sit tempori inservire*, praelectionum tunc temporis publicandarum causa edito. Plures quam quatuordecim casus, ad illustrandam thesin propositam ex statu sacri romani Imperii publico enarratos adferre, spatium programmatis permittere noluit. Quae ergo tunc plura reservavi exempla illustrantia, nunc sensim producere animus mihi est. Paschales feriae festivae, quarum celebrandarum studium in vobis, *omnium ordinum cives honoratissimi!* excitare, officium iam efflagitat meum, anam mihi praebuerunt probabilem, meditando diversitatem principiorum, ex lapsu temporis circa ferias festivas, earumque amplificationem et restrictionem, item circa eleemosynas, earumque collectionem, durantibus sacris harum feriarum usitatam, subinde ortam.

Quantum ex sacra nobis revelatione constat, primas ferias ipse Creator omnipotens constituit, in septimo post creationem mundi die, omnibus postea gentibus trium religionum, CHRISTI, Abrahamae et Mahometi, tribus licet diversis diebus, Dominica, Sabbati et Veneris scilicet, sacro. Filiis Abrahamae jam ante decalogum, septimum diem fuisse sanctum, prolixè ostendit IOHANN. SELDEN, in *jure naturae et gent. secund. praecept. Ebraeor. Lib. 3. cap. 8. et seq.* Apostolorum tempore iam Christianos ab hoc Iudaeorum sabbato recessisse, et primum hebdomadis diem in recordationem resurrectionis Dominicae sibi sacrum dedicasse, demonstrant RÖNIG in *diss. de sabbati origine et termino*, OSIANDER de *Sabbato p. 105. thes. 3. et seq.* et BÖHMER de *stato Christianorum die §. XV. et seq.* Ex eadem ratione non a vespera ad vesperam ut Iudaei, sed a diluculo huius usque ad diluculum sequentis diei, quia Servator matutino resurrexit tempo-



re, apud nos celebrari sabbatum, docet STRYCK ad BRVN-  
NEMANNI *ius eccles. Lib. 2. Cap. 2. membr. 1. ad §. IIX.* ubi  
etiam de licentia transferendi sabbatum ab uno die ad alte-  
rum, et quousque praeceptum de celebrando sabbato sit  
iuris divini moralis, bene distinguendo egit. Cui sententiae  
ratione computationis diei contrariatur, c. 1. X. de feriis, ubi  
disertis dispositum verbis invenimus: *omnes dies dominicos a*  
*vespera in vesperam cum omni veneratione decernimus observari,*  
asservante duratione diei iudicialis ab ortu solis usque ad eius  
occasum, in c. 24. X. de offic. et potest. iud. deleg. In praxi et-  
iam hanc diei computationem observari testatur experientia,  
dum vespertino diei sabbati tempore non solum theatra clau-  
duntur, et omnis generis spectacula prohibentur, sed etiam  
campanarum sonus initium diei festivi annunciare solet. Ad  
dies autem dominicos solos et festivos restringendam esse  
hanc dierum computationem, recte monuit STRYCK. in *Usu*  
*moderno ff. Tit. de feriis §. 15.* dum simul litem enarravit, quae hac  
de causa circa quaestionem: num defunctus canonicus, qui  
post horam XI. nocturnam diei 31. Maji obiit, in mense  
papali an episcopali defunctus sit, orta, inque favorem Papae  
decisa fuit. De necessitate interna celebrandi diem domini-  
cam, ut festum divinum, longe inter se differunt Theologi  
et Icti. Inter hos mihi obvenerit FLEISCHER in *der Einleitung*  
*zum geistlichen Recht. Lib. 3. Cap. XI. §. 5. et seq.* strenue  
affirmans, et tam ex sacra scriptura, quam ex Patribus eccle-  
siae demonstrare studens, cultum diei dominicae qui-  
dem ad bene, ut aiunt, esse, ast non ad necesse esse, ideo per-  
tinere, quod Iudaeis celebratio sabbati tantum fuerit lex  
caerimonialis, per Christi incarnationem sublata, adeoque  
cuiuscunque conscientiae esse relinquendum, an et quo modo  
laboribus vacare in die dominica velit, nec ne, adeoque inter  
adiaphora ecclesiastica, allegando FECHTIVM in *tract. de sab-  
bato c. 8.* tam celebrationem diei dominici, quam ordinatio-  
nem eiusdem cultus, Principibus evangelicis comperen-  
tem, numerat. In hac sententia praeceperunt STRYCK de *iure*  
*sabbati, Cap. II. §. VI.* et BOEHMER in *iure eccles. protest.*  
*Lib. II. Tit. IX. §. II.* addita, ab hoc ultimo auctore, ra-  
tione




tione fringente ex art. XV. augustanae confessionis, qua dies dominicus cum reliquis festis, ritibus adscriptus sit adiaphoris, hisce verbis: *de ritibus ecclesiasticis docent, quod ritus illi servandi sint, qui sine peccato servari possunt, et prosunt ad tranquillitatem et bonum ordinem in ecclesia, sicut certae feriae, festa et similia.* Addit hic auctor illustris et famigeratissimus hoc prudens consilium, quod licet non pro intelligentibus et eruditis Christianis celebrarentur dies dominici et festi, tamen pro ipsa corporis nostri quiete, et pro plebe, iustum consultumque sit, otium a laboribus vacans non solum adornandi, sed etiam tempus locumque praescribendi, quo cultui divino inserviat, ad audiendum et tractandum Dei verbum conveniatur, et Deus hymnis, psalmis, cantibus et praecibus publice lauderetur. Quod si non fieret, vita certe dissolutissima et exemplo perniciosissima inter plebeios oriretur, reliquis omnibus civibus nociva. Quapropter et intelligentium et eruditorum interest, etsi non ad utilitatem animae suae, at tamen ad exemplum bonum aliis praebendum, tam diem dominicum, quam reliquos festos dies secundum ritum et praecpta ecclesiae celebrare, uni egregie demonstravit auctor scripti anonymi, cui titulus: *Apologie der Feiertage.*

Sicuti secundum regulas morum et politices hoc iustum consultumque est, ita etiam regulis iuris et iustitiae convenit, praecptis obsequi Legislatorum, sanctificationem diei sabbathi et festorum demandantium. Quod si non fieret, nec maculam nec poenam contumaciae erga Principem legesque quis effugeret.

Qua patriam nostram, extant haud pauca edicta ad pie colendos dies dominicos et festos, iam collecta in *der Sammlung Mecklenburgischer Landesgesetze, Ordnungen und Constitutionen, Part. 1. Sect. 1. pag. 233. et seqq. item Part. 2. pag. 300. et seqq.*

Tempore Papatus ius adornandi dies festos Papae tantum aut conciliis, et successu temporis etiam Episcopis in dioecibus, proprium fuisse, non solum ex *c. 1. de consec. D. 3.* apparet, sed etiam historia duce cognoscimus. Post reformationem autem et editam confessionem augustanam, Principes evangelici hoc ius sibi vindicarunt, Num vero in exer-





cendo hoc iure statuum consensus sit necessarius, ex eo quidem apparet, quod in *c. fin. X. de feriis*, de consensu cleri et populi statutum invenimus. Ast re accuratius perspecta, distinguendum esse existimo inter territoria, quorum status provinciales vel adhuc gaudent iure conveniendi ad leges a Principe ferendas, vel minus. Priori casu, et si de diebus festis uno plurimisque perpetuis adornandis, quibus labor interdicitur quotidianus, hincque libertas incolarum plus iusto restringitur naturalis, sermo obvenit, statuum provincialium consensus tantum, non autem cleri, necessarius mihi viderur. In posteriori autem casu, et in ordinando uno alteroque die festo temporali occasionalique, stat voluntas Principis pro ratione vel adornandorum, vel abrogandorum dierum festorum, habito tamen respectu vel conscientiae subditorum non coercendae, vel legum publicarum imperii, v. g. pacis Westphalicae, obstantium.

Magna dierum festorum copia ex principiis religionis catholicae de operibus bonis et emerentibus quidem deduci licet. Quantae mutationi autem haec principia successu temporis subierint, testantur regna et territoria, quorum Reges quidem et Domini territoriales catholicam profitentur religionem, attamen de restringenda dierum festorum multitudine ita solliciti fuerunt, ut vix dimidia plus rester illius copiae.

Ex diminuta erga Sanctos emortuos reverentia, et a decremento autoritatis Papae, et in eius infallibilitatem fidei, sicut etiam ex lumine rationis sanae sensim inter catholicos per tenebras papales exorto, derivari etiam licet propensio haec Principum Catholicorum ad restringendam nimiam dierum festorum copiam. Ad exequendum hoc bonum publicum per reformationem beati LUTHERI stabilitum, exempla praeprimis allegerunt Principum Protestantium, cameralli isti principio addictorum, quod, sicuti morum doctores docent, nullam diem sine linea transeundam esse, ergo etiam nulla dies otiose et absque lucro, laboribus subditorum quaerendo, ultra necessarium Dei cultum, consumenda sit. Hoc principium tam luculenter et dilucide demonstrarunt Camera-listae, ut more mercatorum computaverint, quantum reipublicae



blicae afferatur lucrum damnumve, celebrando plures paucioresve dies festos, otio, ut plurimum, et luxuriae subditorum plus quam cultui sacro dicatos.

Hac ratione salubri et politica certe motus Princeps noster longe clementissimus iam anno 1766. dies memoriae Apolorum dicatos abolevit, ac anno 1774. adhuc novem dies festos restrinxit, prouti ex sequentibus apparet Principis rescripto et edicto.

*FRIEDERICH, von Gottes Gnaden, Herzog zu Mecklenburg, Fürst zu Wenden, Schwerin und Ratzeburg, auch Graf zu Schwerin, der Lande Rostock und Stargard Herr etc.*  
 Unsern respective gnädigsten Gruss zuvor. Wohl auch Würdige, Hoch und Wohlgelehrte, Liebe Andächtige und Getreue. Wir fügen euch hiedurch gnädigst zu wissen, daß Wir die bisher grösstentheils noch in den Städten Unserer Hertzog-Fürstenthümer und Lande beybehaltene Feyer der sogenannten Apostel-Tage künftighin eingehen zu lassen, um so mehr entschlossen sind, als solche nicht allein ein Ueberbleibsel der gottesdienstlichen Verfassung des Pabstthums ist, sondern auch die etwanige gute Absicht dabey jetzo dergestalt gänzlich verfehlet wird, daß bey diesen so genannten halben Fest-Tügen die Gottes-Häuser fast von Niemanden besucht, hingegen allerley Unordnungen im Müßigang und Besuchung der Wirths-Häuser getrieben zu werden pfleget. Damit indessen alles Aufsehen unter dem grösstentheils nur schlecht unterrichteten gemeinen Mann bey Abstellung gedachter Apostel-Tage möglichst vermieden werde: Wollen Wir gnädigst, daß ein Jahr hindurch den Sonntag vorher, wann ein solcher Apostel-Tag in der Woche einfällt, von der Kanzel, was maassen derselbe nach Unserer Verordnung zu den nächstkommenden Sonntag gezogen werden solle, angezeigt, jedoch an sothanen nächsten Sonntag weiter davon keine Erwähnung in der Predigt gethan, sondern mit Erklärung des ordentlichen Sonntag-Textes verfahren werde, als worüber demnächst in den folgenden Jahr die Apostel-Tage schon von selbst in die Vergessenheit kommen dürften. Ihr habt also, wie Wir euch hiemit gnädigst befehlen, nach dieser Unserer Willens Meynung





nung auch euren theils zu achten. An dem geschiet Unser gnädigster Wille und Meynung, und Wir verbleiben respectiv euch mit Gnaden gewogen. Datum auf Unserer Vestung Schwerin, den 26sten Julii 1766.

FRIEDERICH, H. z. M.

I. P. Schmidt.

Inscriptio.

Den Wohl auch Würdigen, Hoch und Wohlgelehrten, Unsern lieben andächtigen und getreuen Directori und Ehren-Ministerio zu Rosock.

Wir FRIEDERICH, von Gottes Gnaden Herzog zu Mecklenburg, Fürst zu Wenden, Schwerin und Ratzeburg, auch Graf zu Schwerin, der Lande Rosock und Stargard Herr, etc.

Geben hiedurch öffentlich zu vernehmen, was maassen Wir, nach dem Vorgang in verschiedenen andern Staaten und Ländern, die bisher nur noch in einigen Städten Unserer Herzog-Fürstenthümer und Lande beybehaltene Feyer der so genannten Apostel-Tage, imgleichen die Feyer einiger anderer Fest- und Feyer-Tage, welche unten werden benannt werden, in Erwägung, daß an diesen Tage die Gottes-Häuser ohnehin fast von niemanden besucht, hingegen allerley Unordnungen in Müßiggang und in den Wirths-Häusern betrieben zu werden pflegen, und nach vernommenen rathsamen Bedenken und Erachten Unserer getreuen Ritter und Landschaft, gänzlich aufgehoben haben.

Wie demnach

1) Die Apostel-Tage größtentheils schon abgeschafft sind; bey deren Abschaffung Wir es nicht nur, in so weit solche bisher geschehen, bewenden lassen, sondern die Wir auch Kraft dieses gänzlich und ohne deren Feyer an irgend einem Orte in Unsern Landen weiter zu erlauben, eingestellt wissen wollen und einziehen, jedoch mit der gnädigsten Erläuterung: daß denen Predigern, welche etwa für die Predigten an gedachten Tagen herkömmlich einige Hebungen gehabt, solche unge-



ungekürzt gelassen, und daß an solchen Orten, wo es wegen Entlegenheit derselben von der Mater-Kirche und um der alten und schwachen Leute willen nöthig ist, die vormahligen Predigten zwar, jedoch eben nicht an den Apostel sondern an andern schicklichen Tagen gehalten werden können und sollen: So soll

2) von nun an, d. i. von Zeit der Publication dieser Unserer Verordnung an abgeschafft seyn: Der dritte Feyertag der drey hohen Feste, Weihnachten, Ostern und Pfingsten solchergestalt, daß am zweyten Weihnachts-Feyertage das sonst gewöhnliche, aber das zur Feyer des Weihnachts Festes zur Absicht liegende Andenken der heilsamen Geburth und Menschwerdung Christi nicht eigentlich unterhaltende Evangelium Matth. 23. v. 34-39. und die Epistel am Stephanstage ganz eingehen, und dagegen an gedachtem zweyten Festage über das zum Weihnachts Feste sich besser schickende Evangelium und über die Epistel des abgeschafften dritten Weihnachts-Feyertages Joh. 1. v. 1-14. und Tit. 2. v. 11-14. geprediget werden solle.

3) Soll nicht mehr gefeyert werden, das Fest der Heil. drey Könige, es falle dieser Tag auf einen Sonntag oder auf einen andern Tag in der Woche, und ein gleiches soll

4) von dem Mariü-Reinigungs und von dem Mariü-Heimsuchungstage verordnet seyn.


5) Mariü-Verkündigung aber soll, es mag einfallen in welcher Woche es wolle, am Sonntage Palmarum gefeyert werden. Am Orten, wo zwey oder mehre Predigten üblich sind, soll an gedachtem Sonntage Palmarum des Vormittags das gewöhnliche Festevangeliem des Mariü-Verkündigungstages Luc. 1. v. 26. und des Nachmittags, statt der Epistel Ef. 7. v. 10-16. die am Sonntage Palmarum gewöhnliche Epistel Philipp. 2. v. 5-11. erkläret, in Städten aber, wo die Fastenzeit hindurch des Nachmittags, an statt der Epistel über die Passionsgeschichte gelehret zu werden pfeget, damit am Palmsonntage Nachmittags fortgefahren werden.

6) Das Fest der Himmelfarth Christi wird nach wie vor den gewöhnlichen Tag gefeyert. Dahingegen sollen

B

7) die





7) die Iohannis- und Michaelis-Feste gänzlich eingehen, und an Orten, wo die Kinder am Michaelistage confirmiret zu werden pflegen, soll die Confirmation künftig den Sonntag nach Michaelis geschehen.

Solchemnach befehlen Wir sämmtlichen Kirchen-Patronis auch Ehrn-Predigern in Unsern Landen hiemit gnädigst, sich nach dem vorstehenden Inhalt dieser Unserer Verordnung zu achten; sämmtlichen Amts-Guths- und Stadt-Obrigkeiten aber befehlen Wir darauf mit Nachdruck zu halten, daß die Tage, deren Feyer nun eingehet, nicht zum Müßiggange angewandt werden.

Urkundlich haben Wir diese Constitution eigenhaendig unterzeichnet, und selbige durch den Druck bekannt zu machen, auch gewöhnlicher maassen zu publiciren befohlen. Gegeben unter Unserm Handzeichen und Insiegel. Schwerin, den 25sten Junii 1774.

FRIEDERICH. H. z. M.  
(L. S.)

Maxime notatu digna mihi est Serenissimi Legislatoris cura, qua prospexit proventibus ministrorum verbi divini in diebus, apostolorum memoriae alioquin sacris, ob conciones nunc habitas solvi solitis, adeo ut conciones quidem adhuc sint habendae et praemia solvenda, aut non in diebus apostolorum abolitis, sed in aliis commodis diebus.

Pro statu loci hoc clementissimi Ducis exemplum, pie venerandum, in eo securus est huius urbis magistratus, quod occasione publicandae abrogationis dierum festorum antea nominatorum cives monuerit, ut tanto maiori pietate in reliquis diebus dominicis et festis Deum colant, uti ex sequenti apparet Publicato.

Wann Ihro Herzogl. Durchl. nach dem Vorgange in verschiedenen anderen Staaten und Laendern, ausser der hieselbst schon seit einigen Jahren eingegangenen Feyer der Apostel-Tage, unterm 25sten Junii ebensals den dritten Feyertag der drey hohen Feste Weihnachten, Ostern- und Pfingsten, imgleichen das Fest der Heil. drey Könige, und den Mariae-Rei.




Reinigungs- auch Heimsuchungs-Tag, samt dem Iohannis- und Michaelis-Feste gaenzlich aufgehoben, und die Feyer des Festes Mariae-Verkündigung auf den Sonntag Palmarum verleget haben, und die Gleichförmigkeit hievon diesem Orte angemessen befunden ist; so wird solches hiemit gesanten Bürgern und Einwohnern kund gemacht, um sich darnach zu achten. Zugleich wird ein jeder hiebey ernstlich erinnert, an denen noch übrig bleibenden Fest- auch Sonntagen mehrere Andacht, als sich leyder bemerken laest, zu beweisen, und solche auf einer dem großen Gott gefaelligen Art in alle Wege zuzubringen, gleich dann die desfalls ergangenen mehrmahllichen Verordnungen hiemit erneuert seyn sollen. *Publicatum Iussu Senatus. Rostock, den 23sten September 1774.*

*Quod ut eo melius observetur, nuperrime renovari iussit Senatus huius urbis amplissimus publicationem statuti iam antea conditi, pro religiose observando cultu divino, in claudendis tabernis, diverforiis, vinariis et cerevisiariis, sequentis argumenti:*

*Demnach E. E. Rath mißfaellig bemerket, daß denen vielfaeltig ergangenen Verordnungen, wegen Eintheiligung der Sonn- und Fest-Tage entgegen gelebet, und solche besonders in betreff der alsdann geschlossen zu haltenden Boutiquen fast gaenzlich auffer Acht gelassen werden.*

*So will E. E. Rath die desfalls ergangenen hiebevorigen Verordnungen hiemit erneuern, und anbey zugleich bey nachdrücklicher Straffe verfügen, daß die Kraemer, Wein-Händler, Nadeler, Bier und Brandweinschenker, an denen Sonn- und Fest-Tagen, des Vormittags von 8 bis 11 Uhr, und des Nachmittags von 2 bis halb 5 Uhr, die Boutiquen geschlossen halten, und überall in solchen Stunden, auffer in Sierbfaellen bey heißen Tagen, nichts verkauffet, kein Wein, Bier oder Brandtwein geschenket, noch irgend Handel, oder Wandel getrieben werde. Damit sich nun niemand mit der Unwissenheit entschuldige, so ist diese Verordnung öffentlich von den Canzeln kund gemacht, und an den gehörigen Oertern publiciret worden. *Publicatum Iussu Senatus. Rostock, den 29sten September 1776.**





Uti ergo iuste recteque omnia negotia secularia et civilia in diebus dominicis et festis regulariter prohibentur, ita etiam strepitus silere debet causae forensis. Licet enim FLEISCHER c. l. §. 17. insinuationem citationis ex eo ratam habuerit argumento, quod edictales citationes diebus dominicis ut plurimum a cathedris sacris publicari soleant; attamen longe diversa mihi videtur ratio inter citationem privatam, et edictalem publicam. Illius insinuatio regulariter aut in faciem, aut ad domum fieri potest. Huius autem insinuatio, ante inventionem litterarum publicarum de rebus tam politicis gestis, quam civilibus gerendis publicarum, non aliter quam a cathedris sacris in conventibus ecclesiasticis olim erat lege possibilis. Post introductos autem commentarios rerum publicarum ante nominatos, in hisce fieri solet publicatio citationum edictalium, abolita penitus publicatione ecclesiastica. Tanto luculentius corrui argumentum praediecti *Fleischeri* et in viridi floret observantia salubris dispositio Imperatorum LEONIS et ANTHONII in l. *fn. C. de feriis* sequentis pii argumenti: *Dies festos Majestati altissimae dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactionum vexationibus profanari. Dominicum itaque diem ita semper honorabilem decernimus et venerandum, ut a cunctis executionibus excusetur: nulla quemquam urgeat admonitio: nulla fideiussionis flagitatur exactio: taceat apparitio: advocatio delitescat: sit ille dies a cognitionibus alienus: praeconis horrida vox silescat: respirent a controversiis litigantes, et habeant foederis intervallum: ad sese simul veniant adversarii non timentes: subeat animos vicaria poenitudo; pacta conferant, transactiones loquantur. Nec huius tam religiosi diei otia relaxantes, obscenis quemquam patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die sibi vindicet scena theatralis, aut Circese certamen, aut ferarum lacrymosa spectacula, et si in nostrum ortum aut natalem celebranda solemnitas incidit, differatur. Amissionem militiae proscriptionemque patrimonii sustinebit, si quis unquam hoc die festo spectaculis interesse, vel cuiuscunque iudicis apparitor praetextu negotii publici seu privati haec, quae hac lege statuta sunt, crediderit temeranda. Ex hac lege sat luculenter apparet, non solum vocem praeconis horridam silescere, sed etiam iudicis appa-*



apparitorem quiescere debere, adeoque tam insinuationem die festo factam pro vitiosa habendam, quam ab eo recte respuendam esse, cui decretum iudiciale offertur die festo insinuandum.

In territoriis unius religionis nulla quidem disceptatio de diebus festis oriri facile potest, cum omnes omnibus Principis praeceptis, adeoque ordinationi dierum festorum parent subditi. In territoriis mixtae religionis autem tam disceptatur de potestate adornandi et abrogandi dies festos, quam de feriis ipsis haud raro oriuntur contestationes litesque. Rite autem applicato articulo V. §. 48. et 49, Pacis Westphalicae, et haud inique ab una vel altera parte extenso, omnis discordia cessare videtur, dum clara legis huius publicae verba determinant, quomodo ius dioecesanum et iurisdicatio ecclesiastica in subditos diversae religionis aut adhuc exercendum sit, nec ne.

Inter mutationes principiorum circa ordinationem dierum festorum sensim exortas referri adhuc licet, quod tam olim quam nuperrime intuitu calendarii accidit. Ad seculum enim usque sedecimum calendario a IULIO Caesare introducto, hinc *Iuliano dicto*, usum esse totum orbem christianum, historia duce noscimus. Cognitis postea naevis huius calendario propriis, et a FABER in *der Staats Canzley Vol. IV. p. 772.* recensitis, in diversis conciliis Nicaeno scilicet, Constantiensi, Basileensi, Lateranensi et Tridentino, de emendando calendario tractarunt clerici, existimantes, fastorum emendationem Papae tantum et concilio universali competere. Convenit hoc principium quoque cum supra allegatis textibus iuris canonici in *c. 1. de consecr. D. 3. et c. fin. X. de feriis*, quippe per fastos publicari et determinari solent dies cultui Dei et Sanctorum dicari. Ast res haec in omnibus nominatis conciliis exitu et effectu caruit. Tandem Gregorius XIII. Papa audacter opus aggressus est hoc magnum, et per bullam anno 1582. sexto cal. Mart. publicatam, calendarium novum orbi christiano observandum praecepit, ab illis Regibus et Principibus etiam receptum, qui catholicam tunc temporis profitebantur religionem, ab Augustavae confessioni



addictis autem plane reiectum. Hinc natalia calendarii Gregoriani computanda, quae in Germania aliisque locis diversae religionis haud leves moverunt motus turbasque, teste ARNOLDO in *der Ketzler-Historie Part. 2. Lib. 16. c. 26. §. 14. et seq.* Non miranda fuit haec confusio, cum eiusdem Imperatoris subditi, et eiusdem territorii immo civitatis et pagi incolae, varie Deum colentes, calendariis usi sint undecim diebus diversis. Publicas de his confusionibus querelas ipsemet Imperator cum omnibus Imperii statibus exhibuit in *Recessu Imper. de anno 1654. §. 158. verbis: Daß in alle Wege zu Abwendung vielerley Confusionen, Unordnungen und Mißverständnissen, sonderlich an den Orten, wo beyderley Religionen in Uebung und vermischet, zu nöthiger Beforderung der Justitz und Commerciën, in puncto Calendarii eine gemeine Reichs-Vergleichung hochnöthig.*

Ast his votis non prius respondit eventus, quam Ao. 1699. quo tempore per conclusum corporis Evangelicorum d. 23. Septembr. publicarum, calendarium a celeberrimo WETHELIO correctum, sub voce calendarii *emendati* receptum, et in territoriis Protestantium introductum est, parum distans a calendario Gregoriano.

Successu tandem temporis nemo dubitavit de iustitia clausulae concluso corporis Evangelicorum praedicto adiectae, quod scilicet mutatio calendarii fieret ex supremo iure et potestate statibus Augustanae confessioni addictis competente, adeoque adhuc nuperrime per novissimum corporis Evangelicorum conclusum, status Augustanae confessionis se ratione festi paschatos proxime subsequenti plane conformarunt calendario Gregoriano, neququam meruentes, Papam hoc factum unquam pro obsequio sui statuti habiturum esse. Rationi sanae hoc eo conformius est, quo certius constat, COPERNICI aliorumque astronomorum imperio ex eo neminem subire, quod systemati Copernicano quis addictus sit. Tanto minus imperio GREGORII XIII. eiusque asecularum parere dici possunt, qui calendarium Gregorianum receperint. Laus et gloria sit Deo omnipotenti, qui intellectum sic formavit humanum, ut, quae statim et in primordiis rerum incomprehensibilia videntur




tur, tandem successu temporis bene concipiantur, et ad usum humanum applicentur.

Huic felici mutationi annumerandus est sopor contentio-  
nis inter AVTOREM *medit. ad I. P. art. V. §. 31. p. 554.* et  
BOEHMER. *in iure eccles. protest. Lib. 2. Tit. 9. §. 10 et 11.* de  
quaestione: an subditis protestantibus vacatio ab operibus in  
feriis catholicis imperari queat in terris Imperanti catholico  
subiectis? Postquam enim tolerantia secus sentientium ma-  
jora cepit incrementa, et cuicumque subdito via est relicta,  
quam sibi ad coelum eligere velir, ne catholicis quidem am-  
plius est vetitum in terris catholicorum, post missam auditam  
opera facere tam domestica quam artificialia; immo comoe-  
diae, ludi, aliaque spectacula et exercitia, peracto antemer-  
idiano tempore, missis celebrandis et audiendis destinato, die-  
bus permittuntur et exhibentur dominicis festisque, pro praedi-  
ctis ludis et spectaculis eo aptioribus habitis, quo magis tam  
solutum horum dierum otium, quam virilis et muliebris habi-  
tus, commodam praebear oblectandi occasionem. Etsi aliqua  
peccandi causa in hisce obveniat hominum confluxibus, attamen  
negotium ipsum ideo non erit vituperandum, cum in  
templis pariter ac in scholis peccare possunt et solent homines  
nefandi.

Modo dicta tantum valent de regnis et territoriis, quo-  
rum Reges Principesque aut expresse aut tacite cives libera-  
runt ab observantia tam iuris civilis in *l. 3. C. de feriis*, quam  
iuris canonici in *c. 3. X. de feriis*, quarum legum praescripta  
claris contenta sunt verbis: *cunctarum artium officia venerabili  
die solis quiescant*, et porro: *in his, die scilicet septimo et feriis  
divinis, ab omni opere servili cessandum, exceptis tamen agrorum  
cultura et halecum piscatu, dummodo post factam halecum captu-  
ram ecclesiis circumpositis et Christi pauperibus congruam faciant  
portionem.*

Ultima iuris canonici supra allegati verba produnt qui-  
dem, quam bene sibi suaeque ecclesiae prospexerit Papa  
ALEXANDER III, non aliter ab observantia diei septimi et feria-  
rum divinarum stricta solvens, quam data de parte tunica.  
Verum tamen in terris Catholicorum ius dispensandi a cele-  
bratione





bratione diei dominicæ et feriarum sacrarum sibi ex pari vindicant clerici ratione, qua ius ordinandi dies festos sibi tribuerint. Et licet iuxta *c. 1. de consecr. D. 3. et c. fin. X. de feriis*, episcopo partim cum populo solo, partim cum clero et populo, ius adornandi dies festos, ergo etiam de iis dispensandi sit, tamen mox episcopus solus hoc ius exercet, et mox confessarius sibi hoc ius arrogat in casibus specialissimis, uti mihi in terris Catholicorum per aliquot annos commoranti obvenit, quod amico catholice religioni addicto pro parata pecunia dispensatio ab auditu Missæ, sub poena censure ecclesiasticæ alioquin diebus dominicis et festis observando, sit indulta.

Nobis Augustane confessioni addictis non idem rigor quidem est impositus, aut nemini consulerem, diebus dominicis et festivis nuptias sollemnes, aliaque eiusmodi negotia secularia magni momenti, absque dispensatione Principis celebrare. Fiscalis certe officium suum, in causa profanationis sabbati, exerceret.

Num autem consistoriis tantum, aut iudiciis provincialibus eorumque Fiscalibus, et annon etiam cuiusque iudici inferiori et magistratui oppidano, ius competat vindicandi profanationem sabbati, de hac quaestione successu quoque temporis mutata sunt principia. Olim in primis consistoria sibi omnia privative vindicabant delicta sic dicta ecclesiastica, quae secundum principia catholicorum ad censuram pertinent ecclesiasticam. Sub hoc nomine quaevis veniebant delicta commissa contra ordinationem ecclesiasticam vulgo: *die Kirchen-Ordnung*, dictam, easque ad delicta civilia extendebant in templis et coemeteriis perpetrata. Immo et ipse adhuc STRYKTIVS in *cit. tract. de iure sabbati cap. 2. §. 26.* iis tantum magistratibus inferioribus indulget ius coercendi profanationem sabbati, quibus in specie cognitio in ecclesiasticis a supremo Principe est concessa, quibusque annumerat consistoria. Post diminutam autem sensim reverentiam nimiam erga personas et res ecclesiasticas, ex eaque profluentem restrictionem iurisdictionis consistoriorum ecclesiasticæ, non protinus ad iura Principi qua summo Episcopo propria retulerunt ICi ius coercendi



cendi profanationem sabbati, sed inter res ad politicam spectantes numerarunt. Ideo est, ut quisque iudex inferior, et magistratus curam politicae gerens, coercere possit profanationem sabbati et dierum festorum, non obstante delinquentis excusatione, se celebrationem sabbati, et quae ei comparantur dierum festorum, non pro lege divina habere, cum leges ad sint sat multae civiles, celebrationem horum dierum poenalter praecipientes. Dubium quidem contra hanc thesin arri-  
 det, quod ad disciplinalia referri liceat profanatio sabbati, adeoque et in iis territoriis, in quibus consistitorum auctoritas in caeteris quidem abrogata, in caerimonialibus, doctrinalibus et disciplinalibus autem asservata, iurisdictioni ecclesiasticae reservata sit coercitio profanationis sabbati. Ast cum legibus non solum ecclesiasticis, sed etiam politicis et secularibus, profanatio sabbati interdicta et prohibita sit, adeoque ad disciplinalia politica eiusmodi delictum aequae ac ad ecclesiastica annumerandum, tota cessat dubitandi ratio pro iurisdictione consistoriali alioquin militans.

Ex eadem ratione non coram iudice ecclesiastico sed seculari ventilanda et diiudicanda foret lis mihi in praxi obveniens, circa ius ordinandi modum collectionis elemosynarum per sacculum sonantem, et constitutionis saccophori, inter parochum ecclesiae eiusque antistites orta.

Ad originem sacculi sonantis, in templis durante coetu ecclesiastico et cultu divino circumportari soliti, in hac recurrebatur lite, et ex WILDVOGELII dissert. de sacculo sonante vulgo vom Klingbeutel Cap. I. §. IX et XI. demonstrabatur, quod non ex iure collectandi alioquin etiam magistratui oppidano qua elemosynas, seu specie politicae oppidanae, competenti, iuxta BÖHMERI ius eccles. protest. Lib. 3. Tit. 30. §. 110. sed ex oblationibus fidelium antiquis, ad sustentationem tam clericorum quam pauperum, viduarum, pupillorum, aliarumve miserabilium personarum, origo sacculi sonantis sit derivanda. Ast haec ipsa finis diversitas, cui pecunia, in sacculis diversis collecta, destinata erat, maximum peperit litigium, cum mox parochus, mox antistites ecclesiae, sibi vindicare voluerint ius constituendi saccophorum pro eo sacculo sonante,



re, in quo eleemosynae ad sustentationem ipsius parochi colligebantur. Per aedituum hanc collectionem hucusque factam esse, ab utraque parte erat in confesso. Iam autem novus aedituus ab hac officii sui parte per parochum solum, exclusis antistitibus, dispensatus erat, salva tamen manente obligatione, alium suis sumptibus substituendi saccophorum. Hoc factum tam honores quam iura laesa esse, antistites querebantur, et me iudice haud iniuste, cum commune, secundum pacta parochum inter et antistites inita, esset imperium in aedituum eiusque ministeria, probe inter ea distincta, quae parochi in rebus officii sui parochialibus, et quae antistitibus certo iudicatum rebus ecclesiasticis praestanda. Nemo certe collectionem eleemosynarum, etsi ad sustentationem parochi destinatarum, in sacculo sonante factam, ad res parochiales referet, sed potius ad res ecclesiasticas, curae antistitum ecclesiae demandatas adnumerabit, adeoque pro antistitibus certo iudicatum fuisset, nisi lis ita amice fuisset sopita, ut ad certum adhuc tempus aedituus quidem a circumportandi sacculi sonantis onere liberetur, postea autem obedienter hoc officio fungi debeat, et in posterum absque consensu antistitum ecclesiae non dispensari queat. Eadem aequitate direpta est lis *Halae* inter senatum urbicum et facultatem theologicam, eandem ob causam circa perceptionem eleemosynarum in sacculo sonante collectarum orta, quam referente BÖHMERO in *iure parochiali Sect. 4. Cap. 1. §. 32.* ipse Elector Brandenburgicus FRIEDERICVS III, primus Rex Borussiae, ita decidit, ut pro dimidia parte senatui cederet collecta per sacculum sonantem pecunia, altera vero pars in pauperes a facultate theologica dividenda esset.

Quantum mores antiqui et hodierni, immo diversorum locorum, in hac materia a se differant, tam historia duce noscimus, quam experientia teste certiores sumus redditi. Olim enim inter pia numerabatur opera, oblationes fidelium et eleemosynas pro pauperibus, ecclesiis et clericis colligere, immo tanto fuit hoc opus honore, ut solis episcopis, et qui ab iis constituti sunt, tempore Papatus antiquo, sub poena anathematis hoc negotium fuerit reservatum, teste *can. 57. caus. 16. qu. 1.*



qu. 1. Successu tandem temporis monachis in c. 1. X. de statu monach. licentia est indulta, recipiendi quicquid a fidelibus offerri contingit. Denique in c. 16. X. de excess. prael. sancitum est, ut quicquid monachis intra domorum suarum ambitum pia fidelium devotione donetur, ab ipsis extorquere oblationis nomine non contendatur. Huic honori et operi bene merito certe attribui licet consuetudo in civitatibus quibusdam, maximopere imperialibus, sedibus illis consuetudinum ex sacco et libro, vulgo: *des Bocksbeutel*, obvniens, ut ipsi ecclesiarum antistites, viri plerumque divitiarum et honorum splendore effulgentes, vestibus honorificis induti, diebus dominicis et festis, durante concione, cum sacculo sonante in templis circumeant, et elemosynas colligant. Non dubito, hanc consuetudinem ecclesiis esse emolumento, ut et clericis aut pauperibus, in quorum favorem haec collectio instituitur, quod tanti viri huic subeant muneri, cum raro nutu aliisque signis, loco stipis, dimitti soleant, uti nunc ut plurimum fit, postquam abiectae conditionis hominibus, pro vili mercede, committi solet hoc munus alioquin honestum et laudabile. Sed quid dicam, cum iam tempore CYRIACI LENTVLI secundum eiusdem effarum in libr. de statu rei Rom. p. 980. idem obtinuit, teste illo: *Apud nos plerisque in locis, alibi aeditui, abiectae conditionis homines, alibi honorati viri Diaconi, inter concionandum in templo singulos adeunt, stipemque sacculo aut patellae iniectam colligunt. Diebus praeterea aliis bini iunctim cives domos opulentorum civium adeunt, stipem largiorem pateris argenteis conferendam, pro clandestinis inter cives pauperibus, fuer die Haus-Armen, excipiunt. Itaque satius et consultius est statuere, quod semper viri honesta ex familia sati huic muneri ecclesiastico praeficiantur, cum nullum dedecus, hoc peractio, isti administratori accrescere possit.*

Modo dictum consilium colligendi elemosynas per viros honoratiores, magno quoque usui foret in collectis, per patinas et pelves, vel ostiatim vel ante fores templorum expositas, colligi consueris. Quae si praesentibus saepe viris honoratioribus fierent, certe triplo et quadruplo plus exinde eveniret, quam nunc, absente plane observatore, ambitionem, aut uti BOEHMER in *iure parochiali Sect. 4. Cap. 1. §. 31.* con-

cinnius



cinnius nominavit, pudorem dantis excitante, obvenit. Hac ex ratione pelves bracteatae patentes plus lucri afferunt, quam clausae, et capsulae ligno ferroque ad eleemosynarum collectionem factae.

Sufficiant haec ad excitandam pietatem vestram, *cives omnium ordinum honoratissimi!* inque feriis his paschalibus publice exhibendam. Non solum ob reverentiam Deo ter optimo maximo debitam, sed etiam ob obedientiam legibus et praescriptis Principum nostrorum, ob pietatem longe celebratissimorum, praestandam, nostrum est, et diem dominicum et festum Paschale, tam hoc die, quam subsequente die Lunae celebrandum, debita, qua par est et qua decet, observantia colere. Tanto maiori vobis, *omnium ordinum cives honoratissimi!* esto incitamento, quod uti verum docet proverbium germanicum: *Gelehrte regieren die Welt*, ita etiam vestrum exemplum laicis et non litteratis ad colendos dies festos sit salubre et adlectans. Magna certe est ratio movens supra memorata Serenissimi nostri Principis cura longe deveneranda, pro diminuendo nimio festorum dierum numero, quo tanto maius temporis spatium ad suscipiendos et peragendos labores, per nimiam festorum copiam alioquin coarctatum, nacti sumus, adeoque reliquos perpauca dies festos, et in primis dies dominicos, pietatis cultu tanto maiori peragere fas est, uti in publicato supra nominato Senatus huius urbis Amplissimi, hisce commendatum est verbis: *Zugleich wird ein jeder ernstlich erinnert, an denen noch uebrichbleibenden Fest- auch Sonntagen, mehrere Andacht, als sich leyder bemerken laßt, zu beweisen, und solche auf einer dem großen Gott gesaelligen Arth in alle Wege zuzubringen*, quibus verbis salutariter monentibus nunc etiam erga vos, *cives maxime spectabiles!* utor, dum meditationi huic quali quali impono

F I N E M.

P. P. SVB SIGILLO RECTORIS,  
FERIA I. PASCH. 1779.



ULB Halle  
004 517 601


3



TA → OL **f**  
nur 1+8 verknüpf











15.

CONTINUATIO PRIMA,  
DISQUISITIONIS HISTORICO-IVRIDICAE,  
AN ET QUATENVS IVSTVM CONSVLTVMQVE SIT,  
**TEMPORI INSERVIRE,**

4  
1779, 1

A POSTERIORI VENTILATAE,  
ADDVCTIS NVNC IVRIVM ET PRINCIPIORVM MVTATIONIBVS,  
EX LAPSV TEMPORIS,  
CIRCA

**DIES FESTOS,**

ET QVAE IN IIS FIERI SOLENT, ELEEMOSYNARVM  
COLLECTIONES, ORTIS,

QVA  
DEBITAM,  
ERGA

165  
**RESVRRECTIONEM CHRISTI,**  
SERVATORIS NOSTRI, PIETATEM,  
COMMENDAT,

ACADEMIAE NVNC RECTOR,  
**WALTER VINCENT WIESE,**  
I. V. D. ET P. P. O.



**ROSTOCHII,**  
LITTERIS ADLERIANIS.

